c nota ē Terrā desiderat mediocriē būidā ⁊ pinguē. Canneta fiūt hoc modo. videlicet q̄ pastinata eq̄liter terra de mense februarij et breuissimis scrobibꝰ vno pede distātibꝰ. cānaz oculi ꝓscrobes singulas obruant. Si calida ⁊ sicca prouincia est valles būidas ⁊ irriguas opꝰ est deputare cānetis. Si est humida regio locis mediis instituant sz succo villaz subditus. Ligonisant vt vinee ⁊ ligonibꝰ in equalitate terre incidunt de mēse octobris et nouēbris. Sz si q̄ sunt antiqua cāneta mense februarij sarrientur recisis q̄ sunt in radice purganda. id est. putribꝰ male porrectis. et si q̄ gignendi nō habēt oculos. Ex cānis fiunt pali ⁊ ptice vinearū ⁊ scorea quibꝰ inter se domus pauperꝫ distinguūtur. Et ꝑm Auicennā sunt vehemētis infrigidationis. Et folia canne radix ⁊ cortex ꝓsunt alopicie ⁊ abstergunt sordes. Et radix eius cum cepa siluestri extrahit carni infixa. Et lanugo que est eius flos quando cadit in aures facit euenire surditatē quoniā inuscat in ea ⁊ nō egredit.

De fago bijkaffa

Agus est arbor

f magna nascens in alpibus ex q̄ optime fiunt lancee ⁊ sellarum assides ⁊ libroz. Item fabricis vtilis est i sicco. sed humore corrumpit. Isidorus autez dicit q̄ glans siue fagi fructus est multum dulcis ⁊ nutribilis. eius medulla muribus est multū accepta ⁊ glires impinguat. turdis ⁊ columbis cōuenit. et eos nutrit. ⁊ eiꝰ carnes coquibiles facit. Eius ligni substātia operibus est apta sed non multuz durat quia libenter a vermibus corrodit. sed est valde necessaria vitree arti si nondum a vermibus corrosa est. quia ex eius cinere vitrū cū alioz quorundā apositōe pignis conflagrationē ꝑparat

De fraxino kewoessa

Raxinꝰ est arbor

f satis magna q̄ in pinguibꝰ ⁊ būidis nemoribꝰ delectat. Cuiꝰ lignū satis igni cōperit. ⁊ est optimū p circulꝰ vegetū ⁊ tinaz ⁊ salis curruū aliaz scalaꝛ turrium. Item edificijs cōperit exiccata ñ viridis

dū tamē terraz nō ptingat q̄ statim būore corrūpit. Eiꝰ etiā silua de tertio in tertiū vt quartū annū incisa optimas ꝑ vineis ꝓfert pticas. Plinius aūt dicit q̄ folia fraxini sunt vtilia cōtra venenū. Mā succo exꝑsso potui dato cōtra serpētes sūme auxiliat. tāta q̄z ei vis est cōtra serpētes vt eiꝰ vmbrā vesperti nam vel matutinā non attingāt. et si inter ignem ⁊ fraxini folia ponit serpens ignez potius q̄z in fraxinū fugiet. Et eiꝰ cortices et folia ventrē stringunt ⁊ vomitū ex defectu virtutis cōtentiue factū si cum aq̄ plutiali ⁊ aceto decoquant ⁊ sup stomachuz apponant. Et est arbor calida ⁊ ficca i scō gradu. vt dicit Palladius

De fraxinagolo

Raxinagolus est

f arbor fraxino in frondibꝰ ⁊ lignis similis q̄ in locis domesticis seu cultis delectat. Hec arbor fructꝰ quosdam siue granula ꝓducit que nigra sūt q̄n existunt matura ⁊ valde dulcia sz q̄si nihil supra ossa ex pulpa habēt. Item exiccata mēsibus cōseruant pulpa

De fusano

Usanꝰ est arbor

f parua q̄ in alpibꝰ oritur ex cuius ligno fiunt optime fuse ⁊ viellaruz archeti

De genestra Zanoth 3

Enestra est que

g dā arbustula adeo pua q̄ plūmū ad herbe naturā accedit q̄ i montibꝰ ⁊ locis macerrimis aut etiā maritimis orit. Et flores facit valde pulcros q̄bꝰ ꝓsertis domicelle vtūt ⁊ ex ramusculeiꝰ defectibꝰ iūcis pūt palmites vineaz ligari. Item ex genestra ꝑt fieri stupa q̄ loco canabi vel lini succedere pōt. De Iuo tijaffa

Uus. id est taxus

i est arbor pua q̄ in alpibꝰ ⁊ mōtibus eis primis iuenit q̄ optima ē ꝓ balistis ligneis ⁊ arcubꝰ faciēdis

opibus

De oplo · arbarffa

Plus est arbor

o sans magna que lignū habz valde albū z pulcrū quasi alero sūt ex q̄ fiunt optima iuga boū. Incisoria etiā z parapsides z allides p delicatis opibus faciendis

arffa

De populo et albaro

Opulus et albaro

p rus quasi similes sunt in magnitudine z forma frondiū. sed populus magis in altū extollit z eius lignū nō polit̄. Albar⁹ vo magis platera ramos extendit. et eius lignū est albius z pulcri⁹ passibus faciendis. edificijs in sicco satis comperunt licet longissimo tempe nō durēt. locis humidis z arenosis p̄cipue populus letat̄. in montib⁹ et locis saxosis z cretosis durare nō possunt. Plantāt ramis annalib⁹ vel biennalibus aut etiā maioris etatis in terra infixis z facilime comp̄hendūt. Item compert̄ est albarū incidi et q̄ cunq; inerint fragmina incisure. inde quasi siluā spissam nasci. Potest etiā hoc euenire ex pullulatione radicū que circa precisam arborē vniuersam occupāt terrā in superficie eius. p̄ter qō etiā p̄fate arbores plurimū inueniunt obesse vineis z frumētarijs agris. Populus habet hoc p̄priū q̄ si estiuo pute tempe facile perit aut infirma z scabiosa efficit. Dicit autē populꝰ eo q̄ incisa pullulat ad modū populi. vt dicit Isidorus

De rosarijs

Rosaria nota exi

r stūt. Sūt aūt quedā alba quedā rubea. Et iterū q̄dā domestica z q̄dā siluestria. sunt. Alba vo tā domestica q̄z siluestria fortes p̄stituūt sepes. q; multas et fortes habēt spinas z oēs adeo retortas q̄ eas volētes ingredi retinēt violēter. Sz rubea rosaria debiles virgulas z spinas p̄ducūt. Plantāt aūt plātulis z virgultis i puas pticulas diuisis z i seminario satie. aut semib⁹. Et semia q̄dē sunt q̄ i pomulo rubeo sunt collecta q̄n maturitas ad plantandū apta cognoscit cū p⁹ vindemias colorē fuscū z mollitiē q̄ndā bīnt. Si q̄ sūt rosaria antiq̄ circū fodiūt z aridias vniuersa recidit. Iterū q̄ rara sunt p̄nt virgaꝝ p̄pagine reparari. Rosa frigida est in p̄mo gō. sicca in scō. viridis z sicca cōpetit vsui medicine. Siccant aūt aliq̄ntulū ad solem. et possunt p̄trienniū seruari. Cū receptio rosarum inuenit siccе ponēde sunt in medicinis q̄z faciliꝰ p̄terunt. Ex viridib⁹ autem fit mel rosatū. zucbaꝝ rosatū. electuariū de succo rosarū. Syrupus rosatus oleū rosatū. z aqua rosata. Mel rosatū sic fit. p̄mo mel despumet deinde colet. postea addant folia rosaꝝ abiectis stipitib⁹ z quibusdā albis q̄ sunt in pte inferiori z minutatim incisa ponant z fiat decoctio aliq̄ntula. z signū decoctionis ei⁹ est odor z color rufus in septem libris mellis vna rose ponat p q̄nq; annos seruari p̄t. Et habet virtutē cōfortandi ex aromaticitate. mūdificādi ex melle. Competēter dat flegmaticis colericis et melancolicis in hyeme z estate debilitatis cum mulsa facta ex aqua et melle rosato. ad mundificationem stomachi ex frigidis humorib⁹ mel rosatū cū aqua decoctiōis seminis feniculi tribus granis safa additis. Vel sm Nicolaū fit hoc modo. In decem libris albi z purissimi mell despumati succi recentiū rosarum libra vna ponat. et in cacabo ad ignē posito cum bulire ceperit: viridium rosaꝝ cū forficibus vel cultello i cisarum libre quattuor addant z tādiu buliat q̄ ad succi cōsumptionē redeat. z cum bulierit semper agitetur et in fictili vase repositus. quanto magis tenebitur. tāto melius erit. Cum aqua frigida sumptum stomachū confortat z constipat. et cuz calida mūdificat. detur in mane z in meridie. Eo dē modo fit mel violaceū z valz tipice febri citantib⁹ cū calida aqua datū. Zucbaꝝ rosaceū sic fit. folia rosarum viridiū pistata cum zucharo bene p̄terant z ponantur in

vase vitreo p triginta dies ad solem z q̄tidie moueant vt bī misceant. In quattuor libris zucbari libra vna rosaꝝ ponat. z potest p trienniū seruari. Virtutē habet constringendi z cōfortandi. z valet p̄ dissinteriam. lienteriā. z diarriā ex debilitate virtutis cōtentiue factā. Item valet p̄ vomitum colericū. contra syncopim z cardiacā passionem cū fit ex calefactione spiritualiū def cum aqua rosata. Electuariū de succo rosarum sic fit. Recipe zucbari succi rosaruz ana libā vnaz z vncias quattuor. sandali trium generꝝ ana dragmas sex. spodij dragmas tres. dyagridij dragmas. xij. cāphore dragmā vnā. Tempera ad modum electuarij cū syrupo facto ex zucbaro z rosaꝝ succo z detur cū aqua calida ad modū castanee in matutinali hora. valet aūt cōtra guttā calidā z colerā rubeā purgat. Et cōualescētes tertianarios q̄die purgat sine molestia. z reliquias malor humor q̄ ibi remāserunt potēter educit. Syrupus rosatus sic fit. Quidā decoquunt rosas i aqua z in tali aqua rosata addunt zucbarū z faciunt syrupū. Alij aūt faciunt ponere rosas in aliquo vase habente strictū orificiuz z superinfundunt aquā feruentez z dimittunt ibi stare donec aqua sit rubea. et inde faciunt syrupū. Alij conterunt rosas virides z succum exp̄mūt z in tali succo faciunt syrupum. z hic est optimus. Et nota q̄ syrupus factus ex recentib⁹ rosis p̄ius aliquantulum laxat. postea cōstringit. factus vero ex ficcis in p̄ncipio z in fine p̄stringit. Contra fluxū ventris z vomitū colericum detur cū aqua pluuiali vel rosata. febricitantibus post minutionē cū aqua frigida potui def cōtra syncopim similiter. Scōm Nicolaū sic fit. Accipe rosas recentes z pone in vase p̄se z in caldario pone aquā donec bulliat z bullientē sup rosas p̄dictas infunde z postea ipsum vas tege ne fumꝰ exeat. ex quo aqua ibi refrigerit rosas inde eisce z alijs recentib⁹ aquā bullitaz eandem iterū superinfunde mutādo rosas donec aqua illa rubea fiat. De hac aūt aqua quattuor libras accipe z in quattuor libras zucbari infunde. Cū autē bulire incepit albumen ouoz aliq̄ cum zucbari aqua frigida multū agitata donec spumescat concutias z illā spumā in syrupo bulliēte spargendo infunde. z cū quasi nigrescere illa inceperit suauiter cū cacia remoue. z iterū alia m infunde donec clarus fiat syrupꝰ. Et cum cepit syrupꝰ quasi filū facere si cū digito tetigeris aut cacie dependēs adhereat coctū est. z valet calor z siccitati febriuz. sitim reprimit cōfortat z constipat. Eodez modo fit syrupus violaceus z syrupꝰ nenufarinus qui valent cōtra maximos calores in acutissimis egritudinibus. Oleū rosatū sic fit. Quidaz decoquunt rosas in oleo cōmuni z colant. Alij terunt rosas virides in oleo z vase vitreo soli exponūt p dies q̄nquaginta. z hoc est bonū. Scōdum Nicolaū fit hoc modo. In duabus libris olei cōmunis abluti libra vna viridiuz rosarum aliquantulū cōcussarū ponatur in olla posita plena sup ignē in caldario pleno aqua suspenso z tādiu buliāt donec aq̄ tertia p̄s minuat q̄ demū albo panno lini immissum torculari exp̄mat. Eodē modo fit violaceū sabatinū z mirtinū oleum. Et valent ista olea p̄ acutas z pacutas inuncta sup epar z pulsus tempora z plātas manuū z pedū quoniā calorē extinguunt. Aqua rosacea fit multis modis. Nā q̄daz habent patellā plumbeā quā ponunt sup quod dā terto inuerso cui est ab vna pte bostium. vñ sub eo ponit ignis z inter textuz et patellam est cinis grossitudinis duoruz digitoꝝ ne aqua saporem fumi accipiat. et circa textum est fornacella parua de lapidibus z luto facta. Deinde patella rosis ipletur z capellum plumbeū ponitur supra ipsam ita q̄ versus partem vnde aqua rosata egreditur aliquātulum pendeat. z ignis cōtinuo sit sub ipsa patella. tantumq; rose dimittuntur in ea q̄ in eis sit humiditas consumpta. et tunc reiiciuntur z alie recentes in earū loco ponūt z in aliq̄ vase vitreo sub pipio capelli posito aqua recipit.

Beinde in engbestarijs ad solem posita q̄
busdam dieb⁹ decoquenda relinquitur ⁊
seruatur. Alij volentes omnē sapozē fumi
⁊ odozez euitare in aqua rosata ponūt pa
tellam predictā ⁊ capellū in cacabo aq̄ ple
no. atq; ita ī fornacella disposita q̄ ab vna
parte possit in eo aqua imitti que loco ei⁹
que ab igne consumit succedere possit. ⁊ h̄
est optima. Et quidā in filo folia rosaruz
posita in vase vitreo ⁊ suspensa ne vasi ab
aliqua pte adhereant soli exponūt ⁊ desup
adeo claudunt q̄ vapoz rosaz exire ñ pos
sit. ⁊ hec est melioz que esse possit Tñ valde
parum ⁊ cū nimio labore fieri potest. Ha
bet autē virtutē confortandi ⁊ cōstringen
di. Contra fluxum ventris ⁊ vomituz cole
ricum detur aqua rosata simplex vl' aqua
decoctionis mastices ⁊ gariofilozū ⁊ preci
pue contra fluxū ex debilitate virtutis con
tentiue vel acumine medicine q̄ñ ipsa ni
mis ducit puenientē. Sincopisantibus et
cardiacā patientib⁹ detur in potu ⁊ super
aspergat faciei. In colirijs cōpetenter ad
oculos ponit ⁊ in vnguentis ad faciem q⁹
abstergit pannū faciei ⁊ subtiliat cutē Ro
se licce naribus apposite cerebrū cōfortant.
⁊ reparant spiritus. Contra fluxū ventris
ex colera detur aqua pluuialis in qua ro
se sint decocte, ad idem valet emplastruz ex
rosis ⁊ albumine oui ⁊ aceto positū sup re
nes ⁊ pectinem. Contra vomituz fiat deco
ctio ī aceto ⁊ spongia marina intincta ori
stomachi supponatur. Contra sincopim
detur aqua decoctionis rosarū. detur etiā
puluis in ouo sorbili. Item contra rubozez
oculoz si sentiat pūctura valent rose cocte
in aqua ⁊ cataplasmate. Antea dicit flos
rose qui interi⁹ reperitur, valet autē contra
fluxum ventris ⁊ vomitū. Itē puluis ei⁹
que suppositus humiditatez eius cōsumit
Et nota q̄ succus rosarū viridium in vase
vitreo potest seruari per annū. Auicenna
dicit q̄ rosa rectificat fetorem subozis quā
do in balneo amministrat. Et emplastruz
de rosis coctis ⁊ tritis ⁊ nō expressis posi
tum sup apostemata calida ea soluit.

De roze marino

Os marinus est

r quedā arbustula parua odorife
ra que semp habet frōdes viridef
que quasi assimilant zanipzo ⁊ scope. In
marinis locis p̄cipue delectat. et ideo ros
marinus appellat. Plantat autē plantulis
de radice matris diuulsis. Item ramis in
terrā infixis his mensib⁹ q̄bus alie fiūt plā
tationes. Calidus ⁊ siccus est sed excessus
eius non determinat in gradu. Folia ei⁹ et
flozes competūt medicine ⁊ flos eius dici
tur anthos. Unde Dyantos electuariuz fit
ex eo. Arbustula ipsa etiaz lanondes dicit
vel detrolibanos. vnde cum istoz receptō
inuenit folia debent poni. Flozes autez ali
quantulū deliccati ad solem per annū siki
seruantur. et folia habēt virtutē confortan
di ex aromaticitate. dissoluendi ex calidita
te. extergendi mūdificandi ⁊ consumēdi ex
siccitate. et Dyaforeticā ex caliditate. Cōtra
sincopim ⁊ cardiacā detur Dyantos cuz vi
no. Item fiat decoctio flozū in vino ⁊ tale vi
num detur patiēti. Contra frigiditatez sto
machi ⁊ ad digestionē p̄fortandam detur
Dyantos vel vinū decoctionis flozū et ma
sticis. Cōtra dolorē intestinoz ⁊ stomachi
ex ventositate detur vinū decoctionis eius
et cimini. Et cōtra cerebri frigiditatem fiat
eius decoctio in vino ⁊ patiens capite coo
perto fumū recipiat. Contra humiditatez
vue acetū vel vinum decoctionis eius gar
garisetur. Contra stranguriā ⁊ dissinteriā
flozes vel saltē folia decocta in vino cata
plasment. Ad mundificationē matricis et
conceptū iuuandū. fiat fomentū circa pu
denda ex aqua decoctionū eius. flozes au
tē in oleo decoctos supponūt sibi mulieres

De rubo

Ubus notus est

r Competit sepibus faciēdis. quia
eas fortes et spissas ⁊ pūgētes fa
cit. Sed p se non mūtū p̄petit nisi plātas ar
borum vel aliaz spinaz admixtas habeat

quibus sustineat. que adeo sint solide q̄ ñ
flectant ⁊ destruant ab eo. Plantat autez
plantulis suis que facile inueniunt vbi ru
bi capita tangūt terrā. quia ibi statim radi
ces emittūt. Itē plantat seminib⁹ suis ma
ture collectis ⁊ siccatis ⁊ vsq; ad initiuz ve
ris seruatis ⁊ tunc seminatis. Fructus ei⁹
sūnt mora que mulieres ⁊ pueri comedūt
sed optima sunt p porcis. Rubus calidus
⁊ siccus est vt quidā dicūt. Constantin⁹ tñ
dicit summitates ei⁹ esse stipticas ⁊ valere
cōtra vsturas ⁊ calida apostemata. vñ vi
detur q̄ sit frigida ⁊ sicca. Cōtra rubozem
oculoz cortices ei⁹ cum vitellis ouoz con
terātur. ⁊ addito croco oculis supponant.
Cōtra qualibet vsturas cera mūda resol
uatur postea addat oleum rosatū. deinde
succus turionū eius in maiori quantitate
Contra calida apostemata folia summita
tum trita cū aqua rosata supponant. Con
tra dissinteriā succus turionū eius cuz aq̄
ordei p clistere immittat. vel ex turionibus
cū albumine oui ⁊ aceto fiat emplastrū su
per pectinem ⁊ renes Si sit vicio supiozuz
lenticula aliquantulū exusta in succo eius
detur ad manducandū

De salice

Alix est arboz no

s ta sic dicta eo q̄ plātata facile ī al
tum salit. Hec arboz in locis būi
dis ⁊ arenosis siue solutis delectat et non
multū p̄funde radices facit. Plantat optī
me si terra p̄forata cū palo aut foraterra:
planta biennalis in pte inferiori acuta fo
ramini fortē imprimat ⁊ vsq; quasi ad su
perficiez foramen ex sabulo impleat vl' ter
ra soluta. si terra vbi plantata sit cretosa ex
istit demū creta supponatur. Q, si soluta
est terra in qua plantat sufficit si ex eadem
impleat foramen. cui multū p̄derit si eisdē
cardinibus quib⁹ in salice steterat oppona
tur. Fit aūt eius plātatura de mense octo
bris ⁊ nouēbris aut februarij. et melio⁹ men
se martij cū iam ipsis plātis adhuc sup sali
ce existentib⁹ viridis succus infundat. Eis
autē plātatis mense aprilis ⁊ maij abrada
tur quicq̄d in stipite p̄ter superiorez ozitur
ptem. Tertio quoq; aut quarto anno inci
duntur omnes equaliter sex pedib⁹ supra
terrā. Sed si duob⁹ tantū pedibus super ter
rā ipsius formaret stipes pceriores p̄duce
ret perticas ⁊ longiori tpe durarct. q̄a hec
arboz tanto in ramis erit fecūdioz. quāto ē
terre p̄pinquioz ⁊ est ad incidendū aptioz.
Verūtamen si est in loco animalib⁹ expo
sito magis timet corrosionē ipsoz. que oc
to vel decem pedib⁹ a se inuicē distare de
bebunt. ne si nimis spisse fuerint superfluis
umbris perimātea que seminātur ī agris
De tertio in tertiū annū pertice incidūtur
videlicet subtiles iuxta salices. ⁊ grossiores
tribus vel quattuor digitis ab eo remote.
incidant rotunde. vel nō multum oblique
Et quicq̄d est in salice siccū vel mortuum
amputet. nec fiant in eo cauaze remote. sed
paulatim equaliter p̄ omnia diffundātur
Ex boc eni modo perticas pceriores et mi
nus ramosas efficiēt. et tpe longiori dura
bunt. Et nota q̄ si eo anno quo nō incidū
tur amputent vimina pua inutilia rema
nentia maiꝰ suscipiēt incremētuz. Ex ligno
salicis solido p̄ perticis faciendis nō absci
so fiunt trabes ⁊ materie dom⁹ satis bone.
⁊ ex grossis fiūt assides ⁊ conche ⁊ parapsi
des incisoria ⁊ multa vasa vinaria. Ex pca
uis vero fiūt aluearia ⁊ situle ⁊ sextaria. ex
perticis fiunt vinee. ⁊ ex eis ⁊ viminib⁹ fiūt
sepes ⁊ clausure curiaz ⁊ porticuū et mlta
alia vtilia. Hec arboz p̄petit medicine vsui
bm corticē folia ⁊ flozes. habet autē virtutē
cōstringēdi ⁊ p̄solidādi. Contra dissinteri- Contra d
am succus expressus ex foliis ⁊ potui dat⁹ l
valet. Contra vlcerationē intestinoz ex dis Con ulcera
sinteria factā detur puluis cortices ei⁹ cō
busti in aliquo potu. Idem puluis vlcera
tiones exterioz partiū consolidat. Idē pul
uis vt testatur Diascorides cuz aceto po
tui datus ⁊ cum aceto cataplasmat⁹ ner
uos verrucas ⁊ poros curat. Itē folia sali
cis respersa aqua ponenda sunt circa febri
citātes. Isaac autē dicit flozis seu seminis

salicis banc esse virtutē vt si qua mulier il ludin potu sumpserit filios nō generat sed efficitur infecunda

De sauina

Auina est arbor

f sans pua que semp viridis est. et habet folia q̄si cypressso similia. hec arbor satus cōmode viuit in omni loco Et libēter plantat in viridarijs z in claustris religiosor. quia circulis z perticis iuxta eā positis ramos cōueniēter vndiq; expādit Plantat autē ramis sicut de buxo dixi in terrā infixis. Hec arbor calida et sicca est i tertio gradu. cui⁹ folia competūt medicie. pbiennio seruari possunt Uinū decoctionis ei⁹ valet cōtra dolorē stomachi z intestinorū. Itē decocta in vino valet p̄ stranguriam z dissinteriā. Cathaplasmata etiā valet contra dolorē iliacū. est enī dyaphoretica z diuretica. Fomentatio etiam ex aq̄ decoctionis ei⁹ in vino valet cōtra p̄dicta. z etiā menstrua puocat z fetū mortuū educit. Item decocta cū oleo z suppositta idem melius operat. Cōtra tenasmon ex frigida causa valet si fiat decoctio ei⁹ in aceto z vino z fumū inde patiēs recipiat.

De sambuco

Ambucus est ar/

f bor nota q̄ in sepib⁹ nascit. et ramis in terrā infixis plātata faciliter comp̄ hendit. Ex cui⁹ ligno grosso vel mediocri fiunt arc⁹. et ex grosso nō nodoso fiunt optime sagitte. Itē fiūt cannelle tinnatorum z vegetū ex ei⁹ ligno. Uirtus ei⁹ est calida et sicca in secundo gradu. Medicine cōpetit p̄cipaliter cortex eius. secūdo folia et flores virtutē habet diureticā attractiuam z purgatiuā Cōtra quotidianā p̄tēdēte purgatione añ boram accessionis detur vinū decoctionis corticis mediani sambuci Itē succus sambuci p se datus vel cū melle lūbricos interficit. Ad menstrua puocanda succus corticū pessagineturz vel folia cathaplasmentur. fomentū ex aqua salsa decocti

ontis corticū ei⁹ tumorē pedū soluit z dolorem exteriorum partium

De sicomoro

Icomor⁹ est que

f dam arbustula pua quasi assimilatur sanguino i forma ligni. que pulcras valde pducit vgas. et ei⁹ cortex ē pulcerrim⁹ z adeo adheret ligno q̄ ex eo fiunt pulcra manubria cultellor. z nascit in nemoribus ppe alpes

De sanguino

anguin⁹ est arbor

f similiter pua que multū pullulat in sepib⁹. et eas valde inspissat sed spinis caret. et pulcras et solidas virgas p ducit ex q̄bus fiunt breues illi ad auiculas cū noctua capiēdas. z vimina ipsi⁹ texēdis telis optima sunt

De spina alba.

Pina alba est ar

f bor satis pua q̄ optima est p sepibus. q̄a valde acutas hz spinas. nec in radicib⁹ p agros pullulat. Et i se optimam recipit insitionē. nespila z pirus et malus in ea facile compbendūt. sed ad debitum augmentū puenire nō possunt p̄ pter iequalitatē magnitudinis eaz. Lignū habet albū et solidū. Ideoq; cōpetit pirid ibus z cochlear⁹. Plantat autē plantulis que inueniunt in stipitib⁹ matrū sub terra modicū nate que aliquas sub terre superficie radiculas pduxerūt. Uel ex eis plantulis que i magna quātitate inueniuntur nate in arenis in locis valliuz ad quas fluminum torrētes semina pduxerūt. Potest etiā ex ipsis seminib⁹ post vindemias collectis seminarū facere i locis arenosis z solutis. et inde post biennium ad loca sepius commode transferre. Hec arbor frigida et sicca est in primo gradu. et ei⁹ decoctio cōfert instrumentis iūcturaruz z podagre et mollificationi stomachi

De spina iudaica

Pina iudaica me

f lior omnib⁹ est p sepib⁹. q̄ in quo libet folio duas habet spinas. vnā videlicet rectā. magnā z acutissimā. z alias puā. retortā z spissam. q̄re sua pullulatiōe fortē constituit sepem

De spina ceruina

Pina ceruina nō

f multū sepib⁹ cōpetit. q̄ nō est bñ spinosa. hz ex ea optimi p vineis fiunt pali q̄ sub terra lōgo tpe durant

De scopa

Copa est arbustu

f la valde pua. similis quasi zanipro cui⁹ radix est rotūda z adeo dura z nodosa q̄ ex ea optimi fiūt cipbi si bene solida inueniatur

De tamarisco

Amariscus est ar

t bor calida z sicca in secūdo gōu. Uinū decoctōis ei⁹ valet ad oppilationē splenis z epatis. Itē stranguriaz dissoluit z pl⁹ in cibo cocta. Additez valet frequēs bibitio cū vase ex tali ligno facto. Cortices aūt sunt maioris efficacie q̄z folia

De vimo

Imus est arbor

v nota que omnez aerē sustinere potest z terrā desiderat pinguē vt optime cōualescat. nec cretosam neqz solutam recusat. Que plantat plātulis cuz radicibus inuētis que facile cōualescunt. Hec arbor optima est vt vites sup eā ascēdant. Ex ligno eius fiunt trabes z materie domor. licet nō diu durent in eis. Itē fiūt ex eo muzoli rotaz z fusoli molendinorumz z scale turrium z bis valde competit Item fiunt mazi ad ligna scindenda z vasa vinaria stringenda. quia tenax est z non facile scinditur lignū eius. Itē fiunt fūrce et furcones. z competenter omnia instrumenta que tenacitatē habent vt potius curuent q̄z rumpant aut scindant. Et folia quidem eius optima sunt p pabulo boū

De vinco

Incus est arbor

v nota que plantatur vt salix quia eiusdē est nature. et ideo conuenienter in ea inseritur. Et hec quedā facit virgas croceas quedā nigras quedā rubeas Item que in loco calido z exili oritur tenaciores virgas producit. Que vero in pmbris aut in loco pinguissimo oritur minus tenaces fac. Itē ē alia spēs vinco q̄ gorre vocāt q̄ optimi sūt p tinis z vegetib⁹. q̄ longas z ramul' carētes z in sūmitate grossas z valde tenaces virgas pducunt. z hec quidem facillime radices emittit z compbendit si ex virgis fiunt frusta vno pede minora z in terra infigantur duob⁹ solum digitis supra terrā relictis. que nullo tempore in stipite altius ascendere debet. Ex eis etiam fit optimū gorretū. si in loco soluto plātentur vndiq; vno pede distātes. q̄ singulis annis incidi debebit

De vindecto

Indectus est ar/

v bor satis bñ nota que nō efficitur magna. et in locis delectat aquosis z palustrib⁹. ex qua fiunt p̄o vineis cōpetentes pali z magis sub terra durantes q̄z pali fraxini aut vlmi.

De zuuro

Yurus est arbor

3 cui⁹ cortex grossus est z optim⁹ ad planulas et zunaros. q̄ singulis trib⁹ annis vel quattuor ab arbore sua tolli dicitur et renasci. quod est contra naturam corticis aliarum arborum q̄ excoriticate siccantur. Est enim cortex in arboribus sicut corium in animalibus. cuius si q̄ pars abscisa sublata fuerit non renascetur in eodem statu. sed cū deformitate et maxima cicatrice

m z

pastinēt.et quas seminib⁹ vere cōplebim⁹ autūni tpe debem⁹ fodere.ita vt vtraq; pastinatio decoquet bñficio algoris et solis. In locis aūt humidis seminādis i vere vtile erit circa finē nouēbris multos imp̄mere sulcos ꝓcauos ad quos labat supfluus arear humor tpe satōnis.vt maturi⁹ talis loc⁹ sulcis repletis semib⁹ ipleat. Si vō penuria terre habeat quocūq; tpe anni terra inter humiditatē ⁊ siccitatē inuenit equalis pastinari pōt ⁊ statim seri.sz si optime loc⁹ impinguat⁹ fuerit ea q̄ sata erūt maius suscipiēt incremētū. Pastinatū vō fiat pfundum.p̄ma vice grossum cū pāga ⁊ sup terram tim⁹ spargat. Deinde cū ligonib⁹ iterum minutatī pastinet.⁊ q̄ntū fieri p̄t letamen ⁊ terra misceant ⁊ i puluerē deducantur. Cū aūt seminādū erit cū fimo fiāt aree circa duos pedes ample ⁊ longe q̄ntū vo lueris sup q̄bus iactabit semē ⁊ rastro operietur.⁊ si q̄d terre dure i supficie remāserit ꝓterat.⁊ iterū aree cū fimo opiant maxime cū fit satio byemal. Impinguat eni terrā ⁊ a frigore semē defendit. Herbe aūt sez lactuce blita borago cauliculi ⁊ cetere q̄ in eodem loco p̄mit⁹ erāt euulse cū fit pastinū cōmode circa sulcos areas plantant vt in sequenti habeant q̄dragesima ⁊ seminario nō afferant nocumentū ex q̄b⁹ quas volueris poteris ad semē p̄ducendū p̄uare. Pōt autē in ortis satio plurū herbarū fieri toto tēpe anni q̄ aer ⁊ terra naturaliter seu bois industria inuenit inē humiditatē ⁊ siccitatē equales aut ab eē litate nō nimiū discrepātes. Sz p̄ncipalis ⁊ p̄cipua satio duplex ē. Una vernal' que fit mēse februarij vl' martij. Altera autūnalis q̄ fit mēse septēbris vl' octobris. Ita tñ q̄ locis frigidis autūnalis satio maturi⁹ fiat.vernalis tardi⁹. In calidis vō regionib⁹ autūnalis seri⁹ fieri pōt. ⁊ vernal' maturi⁹. Doctñ scias q̄ in tpatis locis ⁊ in calidis p̄fata satio ānalis melior inuenit si facta fuerit i fine nouēbris vel in p̄ncipio decēbris q̄si februarij vel martij mēse fiat.licet añ aduentū februarij semia nō nascant.q; valde maturi⁹ herbe p̄ quadragesima habebunt.⁊ pozri cepe citi⁹ poterunt trāsplantari. Possunt aūt cōmode semiari herbe sepatim ⁊ mixtim. Mā si mixtim seminant cū q̄ualuerit euellēt q̄ fuerint trāsplantāde.vt pozri cepe ⁊ caules Et ex his q̄ transplātari nō debēt.p̄mo euellēt atriplices ⁊ spinatia q̄ nō durāt in ortis et remanebūt blite ⁊ petrosilli⁹ satureia et alii qui caules.⁊ ex lactucis ⁊ feniculis alique. q̄bus ad ꝓgruā raritatē deductis sarculabunt vt ad debitū veniāt cōplemētum. Et herbe q̄dē q̄ transplātari nō debēt rare serende sunt. Que vō trāsplantabunt spissi⁹ seri debēt. Et est notādū q; vbi debēt plātari pozri cepe ⁊ caules faseoli miliū panicu; cucurbite cucumeres meloues et citrulli. possunt de mēse decēbris ianuarij ⁊ februarij seri oēs herbe q̄ cōsumunt añ p̄dictarū plātationū tps.vt sunt spinatia atriplices ⁊ lactuce caules pozrine ⁊ cepolline et cetere similes. Cauendū est etiā ne q̄ habent semina sint corrupta. Ideoq; eligēda sunt q̄ farinā interi⁹ habēt albā ⁊ que magis fuerint ponderosa ⁊ pinguia siue grossa.et in plurib⁹ eoz sint talia q̄ nō excesserint anni etatē. Sepe tñ puenit q; semina q̄ntūcūq; sint bona.si iacta fuerint nō nascant ex aliq̄ malicia corpoz celestiū impedita. Ideoq; plerūq; vtile inuenit diuersa semina simul seri ne tps alicui seminip̄trariū ex toto terram denudet. Licet ei aliq̄n plāte se inuicē impediāt vt sez p̄batus est in q̄rto libro.i ñ herbas vt plurimū videm⁹ cōmode simul nasci ⁊ iueniri.vt aptē pz i p̄tis ⁊ in locis ceteris in q̄b⁹ diuersas sit herbas ⁊ raro vni⁹ tantū generis natura suo naturali motu producit.quā q̄dē sequi debem⁹ in oibus tanq; ducē Scias etiā q; omniū herbaz optima est satio cū luna fuerit i augmēto ppē trōez quā supra dixi in libro scdo. Et sepe euenit vt nō sit vtilis satio cū luna ꝓcesserit in defectu. Herbe trāsplantant i terra bñ pastinata cū palo facto foramie vel p̄ se in areis vel multe ex ipis circa herbaz areas q̄ nuper fuerint semiate. Trāsplantatio fit fere ex omnib⁹ herbis exceptis spinacijs atriplicib⁹ ⁊ anetis. omni tpe quo plātule aliqualiter creuerint ⁊ terra nō fuerit nimis sicca licet nō fuerit mollis vt mōti requrunt Fit aūt trāsplantatio vt sapoz herbaz i melius cōmutet ⁊ domesticet.⁊ q̄ nimis spisse nate fuerint adeo rare ponant vt sarculari possint ⁊ ad debitū p̄uenire augmētum. Nec est in trāsplantatōne necesse firmari radices. sed in q̄busdaz vtile est amputari radicū summitates.vt i tractatu cuiuslibz herbe patebit. Sarculant q̄z quotiēs herbe nociue nascūt in eis q̄ tā sarculo q̄ manibus optime auferant ne meliorib⁹ herbis surripiāt nutrimentū. Fit etiā sarculatio cū ꝓpter p̄dus terre atq; imbrū ict⁹ ⁊ ambulantiū ꝓculcationē terra fuerit nimium solidata.duz tū scias q; q̄n terra fuerit nimis mollis nō tangat. sed si fuerit nimis sicca licet terra moueri nō possit herbe nihilomin⁹ recidant q̄ res multū ꝓficit ortis Accidūt ortis multa nocumēta. Q̄nq; cū necessitas nos cogit ortū facere in terra nimis solida ⁊ cretosa.cui multū ꝓderit si sabulum misceat aut letamis multitudo et terra sepissime moueatur.et q̄nq; terra est adeo soluta q; humor ꝓcept⁹ facile resolutur. Hortus estiuo tpe nimiū exiccat. Cuiꝓ derit si eis dē mi sceat letamē ⁊ creta.si nō potest facile irrigari.aut diu negat celestis infusio. Si aūt ort⁹ est oino nimis aquosus magnis cingat fossatis. ⁊ ipsum ortuz fiant etiā tales fosse q; humor aquosus supfluus defluat ad ptes extremas. Si vō fuerit nimis siccus ⁊ aridus foueis nō cingatur. q̄a ortū subducūt humores Et alte duobus pedibus pastinet.quia ortus cultus sic negligit siccitates.⁊ tpe caumatis irrigetur ⁊ plāte paruule obumbrent. byeme vero rigida cooperiant noue seminationes. ne superfluo frigore que sata fuerint corrūpantur. Cōtra nebulas ⁊ rubiginē paleas et purgamenta plurib⁹ locis p̄ ortū dispositā.vt ait Palladius.simul oia cū nebulā videris instare cōburas. Cōtra limaces si abundauerint qui eas de orto remoueant sint lectores. Contra formicas si habent in orto foramen coz noctue foramini apponamus.vt Palladius ait. Vel organo ⁊ sulfure tritis foramen aspergē. Si de foris veniant omne orti spaciū cinere aut crete candore tingemus. Si feceris lineā de oleo nō audebunt intrare donec fuerit exiccatum sed hoc est difficile.sed erit vtile hoc facere circa arbores patientes formicas. Contra erucas semina que spargēda sunt lemperi uiue succo madefiāt vel sanguine erucaꝝ vel p̄ manus puerorū colligātur ⁊ occidātur cum ortuz infestant. Cicer est inter olera p̄opter multa portenta serendū.vt olera infesta nō generēt animalia.in cozio testudinis omnia semina que sparsurus es sicca.vel mentā locis plurib⁹ ⁊ maxime inter caules sere. Cōtra mures et talpas prodest i ortis cattos aut mās̄uetas mustelas habere. Aliqui foramina coz creta ⁊ succo agrestis cucumeris implēt. Et alij foramē cum pastino vsq; ad terrā solidā auferunt deinde ponunt aquā in foramine in terra solida existente.⁊ inde egrediens aīal occidunt. Preterea omnia semina orti et agri feruntur ab omnib⁹ malis et noxijs aīmalibus aut monstris intacta seruari si succo radicum tritaruz agrestis cucumeris antea macerētur. Herbe colligūtur p̄opter cibum ipsis recisis cultello modicū supra terram.et ex multis sola folia colliguntur. que ad debitū quasi peruenerūt augmentum vt in blita sclarea borragine petrosilio et in caulibus obseruatur. Sed in byeme caules totaliter recidantur. Porro in bis omnibus excepto petrosilio et feniculis ⁊ saluia et quibusdā alijs.si sepe stipes cumnatus fuerit vel creuerit auferatur longiori tempe sine seminib⁹ virides habebunt. Verū p̄opter medicinā oportet colligere postq̄z integrā incipiunt habere quantitatem quā debent anteq̄z florū alteret color et cadāt. Sz semia colligunt postq̄z terminus eoz finit et exiccant ab eis cruditas et aquositas. Et radices sumēde sunt cū adest folioz cas⁹. Flores vō colligere optz p̄ aptionē integrā añ extermiatōz ⁊ casū Sz

origanū

Contra

Contra tal

Contra. c rubiginē et nebulas

Contra limaces

Contra formicas

tota herba colligi dz cū ad suā integritatez puenit. Et fructꝰ quidē sunt colligēdi post q̄z finit cōplemētū eoꝝ z aliq̄z sint ad cadēdum pati. Et q̄cūq; colligūt decrescēte luna meliora sūt z magis duabilia bis q̄ colligunt in ei⁹ augmēto Et silr q̄cūq; colligūtur in claro aere meliora sūt bis q̄ colligūt in dispositōe būditatis aeris z vicinitate ipsius pluuie. Et siluestres q̄dez domesticis sunt fortiores z minoris q̄ntitatis ꝑm Plinium. Et ex siluestrib⁹ mōtane sunt fortiores Et ille q̄z loca sunt ventosa z sublimia sūt itez fortiores. Et ille q̄z colorē fuerit magis tinctus et sapor magis apparēs z odor fortior erūt potētiores in genere suo. Amplꝰ scias q̄ vtꝰ ḃbaz debilitat pꝰ duos aut tres annos ꝑm plurimū. Herbe flores z semina duāda sunt i locis siccis z obscuris q̄ in sacculis aut vasis ꝑstrictis melꝰ seruāt. ne odor z vꝫtus exalet z p̄cipue flores. Radices ār melꝰ i subtili arena duant. nisi sint radices q̄ siccate seruant q̄ silr in loco sicco z obscuro melꝰ duabunt Semia tñ pomorū z cepaz melius q̄z aliaz in suis siliquis seruabunt

Be allio sokhagma

Aliū de mense no

uembris optime plātat i terra mixta alba z subacta sine stercore. licet in alia terra etiā stercorata puenīat Dz z seri p̄t mēse septēbris z octobris februarij z martij. z i locis calidis mēse decēbris. et si dimittāt in terra q̄n matura sunt renouāt eoꝝ radices z folia z faciūt semē seq̄nti anno. qđ semiari p̄t z allia producit. Plātant i areis vno pede seu palmo distātes Itē p̄nt poni in areis herbaz due aut tres acies in q̄liber. Sarculāda sunt frequēter vt melꝰ eorū capita crescāt. Si bñ caputata facere volueris vbi ceperint eoꝝ stipites ꝓdire procul calca ita succꝰ reuertet ad ea. Colligūt cū eoꝝ stipites se āmodo sustinere nō p̄nt in lune defectu z claro aere. Fertur eni q̄ si serant luna sub terra posita z sub terris lūa latēte vellāt odoris fetitate carebūt. Itē in paleis ꝓdita vꝫ fumo suspēsa dura būt. Alliū calidū est z siccū i medio q̄rti gradus. vtutē bz cōsumēdi dissoluēdi z expellēdi venenū. Cōtra morsus venenatoꝝ aīaliū accipe allia et tere z cataplasmēt. Succꝰ etiam interiꝰ receptus discutit venenū. vnde tyriaca dicit rusticoꝝ. Cōtra lumbricos accipe allia paz piperis petroselinū succum mēte z acetū. et fac inde salsamētū. z comede cū pane vꝫ carnibꝰ. Ad apiendas vias epatis z renales meatꝰ: fiat salsamētū cū vino z succo herbaz diureticaz z det̄ patienti. Cōtra strāguriā z dissinteriā z dolorē yliū accipe allia z coque i vino z oleo. et facias inde emplastꝝ z pone pectini z circa ỹgā z loca dolēta. Alliū visui obest. q̄a deficcat. et totū corpi nocet si vltra modū sumat. qz generat leprā. apoplexiā. z maniā. z multa alia mala. Auicē. insup dic. q̄ allium decoctū clarificat vocē z guttur. et ꝑfert tussi antiq̄. et dolorib⁹ pectoris ex frigore. Isaac dicit q̄ paz dāt nutrimēt allia. et sūt nocīua colericis et calorē naturalē bñtib⁹. frigidis et būdis naturaliē vrinā puocant. et ventrē bū ectāt. et siccis natura ꝓrariū faciunt. sz volētes caloris eoꝝ nocumētuz vitare bis ea elixēt. deinde ꝓdiātea cū aceto

Be atriplice hero sthenior

Triplex seritur

mēse februarij et martij et aplis z ceteris mēsib⁹ vsq; ad autūnū si poterit irrigari et ñ desiderat trāsplātari Et a q̄busdā seritꝰ mēse decēbris i terra bñ culta et stercorata et melꝰ puenit si rare fuerit seminatꝰ. Pōt ār seri p se i suis areis. et silr cū aliis herbis et spamputādꝰ ferro q̄ pullulare ñ cessat. sepe ei rigari desiderat si tpꝰ magne siccitatis fuerit. seiaeꝰ p q̄tuor āños duari p̄nt. atriplex frigidꝰ ēt. i. gōu būdꝰ in scdo. paz nutrit. Eiꝰ ei liquor ē aq̄ sus z cito ejicit. z ideo est vētris solutiuus Cataplasmatꝰ sup calidū apostema illico refrigerat z sanat. Semē eiꝰ mūdificatiuum est z colatiuū. vnde vtile est ictericiam habētib⁹ q̄ nascit de epatis opilatiōe.

ex quo duabꝰ dragmis cū calida aq̄ z melle potui datis colericus valde puocat vomitus.

Be anisso

Nisum desiderat

terrā bene pastinatā z pinguem z optime puenit si humore iuuet et stercore. Seritꝰ mēse februarij z martij per se z cū aliis herbis. ac semē eiꝰ suspēsum p triennīū durat. Anisum calidū est z siccū i tertio gradu. Alio noie dicit ciminū vel feniculū romanū. z est semē cuiusdā herbe q̄ simili noie appellat. Virtutē habet cōsumēdi z dissoluēdi. potest aūt seruari p quatuor annos in multa efficacia. Cū lauat faciēs ex aqua ipsiꝰ clarificat eā. z similiter accepto eius z vsus cū mēsura. sz nimiꝰ vsus eius facit citrinat. Cōtra ventositatē indigestionē z acidas eructatiōes det̄ vinum decoctiōis anisi feniculi z masticis vꝫ puluis ipsoꝝ in cibis addito puluere cinamomi. z dolorē intestinorū ex frigiditate mitigat. Cōtra viciū matricis ex frigiditate valet decoctio eiꝰ cuz trifera magna. Contra epatis opilationē det̄ decoctio eiꝰ cū aliis rebus diureticis Cōtra liuorē ex pcussione z p̄cipue si sit i facie circa oculos ꝓterat cū cimino et supponat cuz cera calefacta. Ad augmētationē lactis z spermatis valz pulueris eiꝰ sumptꝰ in cibo z potu. z Boperatur aperiēdo meatꝰ lactis z spermatis

Be aneto Papor

netum desiderat

cōmunem ortoꝝ terrā. Et seritur mense februarij z martij septēbris et octobris. z in locis clementib⁹ etiā mēse decembris p se z cū aliis herbis. Omnē celi statū patit̄ sed in tepidiori letat. Rarꝰ seratur z irrigetꝰ si nō pluat. Aliq̄ semen eius nō obruunt opinātes q̄ ab aue nulla tāgatur. Anetū calidū z siccū est in secūdo gōu Eius semen p̄cipaliter competit medicine secundario radix recens. nā sicca nullius est vtilitatis. tertio herba. Semē eius per triennium potest seruari. melꝰ tamen est si annis singulis renouetur. Decoctio herbe z seminis valet ad stranguriā z dissinteriam z lac augmentat. Contra dolorē matricis fasciculi aneti bullīāt in vino z cataplasmentur. Semen eius ventositatez tumorē z inflationē dissoluit z similiter rami eius. z ipsum semē ventrē de humoris putredine mundificat. habz etiā p̄prietates extinguendi singultū de plenitudine factum. Q, si vratur calidiuz et siccum est in tertio gradu. et valet contra vulnera putrefacta z diuturna in ventre nata. Auicēna dicit q̄ assuefactio comestionis aneti debilitat visum

Be apio

Pium mense fe/

bruarij martij et aprilis z maij seri debet z multū multiplicatur i circuitu. et eius vetustiora semina citꝰ nascuntur. et nouella sunt serius seminanda Apium aliud est domesticum aliud siluestre. Et domesticū aliud ortēse aliud aquaticum. Quod in ortis nascitur calidiuz est in p̄ncipio tertij gōis z siccū in medio. Iōq; coctū vꝫ crudū esui datū opilatōz apit vnā puocat z vētrē strigit. Dz ār p̄prietatez mēbroꝝ ꝑstipatōz dissoluēdi z viā būoribꝰ faciēdi. eosq; ad stomachū vuluā et caput attrahēdi. Nocz ār epilēticis z p̄gnātib⁹. et vomitū īducit. vinū decoctōis ei⁹ tortionē vētris ex vētositate factā cōpescit. Semen maioris ē efficacie. scdo radix. tertio herba. Aq̄ticū ār tranū bz eo q̄ i aq̄s nascit vbi rane morāt. vꝫ eo q̄ renibꝰ opuulat paz ē calidū. vñ digestibilꝰ ē et calidis nata pueniens. Et cataplasmate fciō ex eo z mica panis sup stomachū eiꝰ ardorē mitigat. Siluestre bz apiū risꝰ eo q̄ melācolicū purgat būorē ex cuiꝰ abūdātia tristicia generatur Apiū risus i vino vꝫ aq̄ decoctū stranguriam z dissinteriā soluit z fumigium ex eo facti cū mēstrua puocat vꝫ succꝰ ei⁹ suppositus Et nota q̄ apiū risus ore sumi ñ dz q̄ in q̄busdā locis adeo violentissimū est inuentū q̄ si sumat est causa mortis

Nō de det assuefieri

Be absinthio

Absinthiū calidū

a est in primo gradu. & siccū in scō duas dz habere vtutes cōtrarias scz laxatiuā & astrictiuā. primā ex caliditate. secundā ex grossicie & pōticitate substantie. vñ nō est dandū nisi materia existēte digesta. Bebz aūt colligi circa mediū maij et in vmbra siccari. Cōtra lūbricos in inferioribus intestinis existētes det cū puluere cētauree vl' persicarie vel nucleoz psicoz vel foliox. Ad mēstrua puocāda pessarizetur succ9 ei9. vel fiat suppositoriū ex eo & apio & artbemesta coctis i oleo. Cōtra ebrietatem det succus ei9 cū melle & aq̄ tepida. Cōtra suffocationē ex sanguine. alias fungis det succ9 eius cū aceto & aqua calida. ad duriciem splenis absinthiū coctū cū baplasmetur. Cōtra dolorē & liuorē mēbroz ex pcussione ex succo absinthij & puluere cimini et melle fiat emplastrū. Cōtra vermes auriū instillet succ9 ei9. Succ9 ei9 potat9 visum clarificat & oculis imposit9 rubore et pannū remouet. Libros & pānos a vermib9 et tineis tutos reddit. Et incaustū & cartas a corruptione cōseruat

Be arthemesia

Arthemesia que

a alionoie dr mater herbarū calida & sicca ē in tertio gōu. Folia ei9 magis q̄z radix cōpetūt medicine. et viridia magis q̄z sicca. Valet ꝑ sterilitatez q̄ fit ex frigiditate. nā si esset ex caliditate magis obesset. qđ satis ppendi pōt ex cōplexione mulieris si ē macra vl' pinguis. det ergo puluis ei9 cū puluere bistorte et nucis muscate cū melle cōfect9. vl' syrupo simplici in modū electuarij. Item si balneet in aq̄ in qua cocta sit artbemesia vl' ex tali aq̄ fomēt vulua. vel ex ea & oleo cōmuni fiat suppositoriū. Ad mēstrua puocāda fiat pessariū ex succo ei9. Cōtra tenasmon ex frigida causa patiēs recipiat fumū ei9 p anum. et herba calefacta & sup lapidē posita sedeat

Aristologia du-

a plex ē. s. lōga & rotūda. & vtraq̄z calida & sicca ē in tertio gōu. Radix magis q̄z folia cōpetit medicine. radix colligit in autūno & exiccata pōt p biennium seruari i multa efficacia. Et folia cū floribus vtrē bīt dissoluēdi & ꝑsumēdi & expellēdi venenū & suari pōt p duos annos. Cōtra venenū & morsū venenatoz aialiū det puluis ei9 cū succo rute. Puluis etiā eius carnes conzodit i vulnere & fistula. Ad expellēdū ferū mortuū coquat i vino & oleo radix ei9 & fiat de fomētū iuxta femur. Puluis etiā ei9 cū aceto cōmixt9 cutē optime a sanie & scabie mūdificat. Alber. dicit q̄ hz mirabilē vtutē i attrahēdo spinas & alia carni infixa. Hoc idē dicit Auicē. Item dicit q̄ mūdificat sordes auris & ꝑsonat auditū q̄n ponit in ipa cū melle & ꝓhibet saniē si generet in ea. Et si liniat sup splenē cū aceto ꝑfert valde. & rotūda in omnib9 est fortior

Be abzotano

Brotanū est her-

a ba calida & būida i ꝓmo gōu. ē stiptiatiua & aptiua valde. Ei9 emplastr9 phibz attractiōz materier9 ad mēbra Item phibet lapidē in renib9 & puocat menstrua sedēdo i ei9 decoctōe & ꝑfert vlceribus ei9. & eijcit secūdinā & fetū & ꝑfert coadunatiōi oris matricis & apit ipm & duriciei ei9 bibitū ꝑfert & more emplastri suppositū. & ponit ex eo vlq̄z ad q̄nq̄z dragmas

Be affodillis *fildj magiaro*

Ffodilli et centuz

a capita & albuciū idē est. Caliduz & siccū ē in .j. gōu. folia ei9 sūt silia foliis ponri radix ei9 ꝓpetit medicie mag̃ q̄z herba & viridis meliorē q̄z sicca. In radicib9 ei9 iueniunt q̄dā capita i modū testiculoz. diuretica hz vtutē attrahēdi ꝑsumendi & dissoluēdi.

mirre. bulias i libra semis boni vini rubei et libra semis succi affodilloz vsq̄z ad medie pris ꝓsumptionē. vel si ponat ad solem in vase eneo p tot dies q̄ ad medietatē deducat miro modo ꝓest si tali collirio illiniantur oculi

Be acetosa *Sóska*

Acetosa frigida et

a sicca est in secūdo gradu. In ipsa est stupticitas & supat colerā & eius humor est laudabilis. Radix ei9 cuz aceto cōfert scabiei vlcerose & excoriatiōi inguis & ex ea fit emplastrū scrophulis ita q̄ dicit q̄ si radix ei9 suspēdat in collo babētis eas iuuet ea. Et ei9 decoctio cū aqua calida cōfert pruritui. & similiter ipa in balneo ē vtil'. et comedit ꝓpter desiderū viri

Be blita

Blita desiderat ter-

b ram pinguissimā bumidā stercoratā & subactā vt optime ꝓficiat. Seritur ea q̄ ppter cibū querit mēse decēbris februarij & martij ꝑcipue. hz potest fere toto tpe seri si terra iueniat equalis. Et optie q̄ spissa fuerit rarificat & alibi trāsplātatur cū aliquātulū creuerit vt sit q̄nq̄z vel q̄tuor foliox radicib9 simo recēti obductis Et q̄ inueniē in loco vbi fuit seminaria euulsa & satis areis plātet circa ipas ab vtraq̄z pte sulcox Item potest semiari in areis vbi sūt melones & citrulli & cucurbite cū incipiunt ramos extēdere siue sint ibi cepe siue nō q̄ remanebūt remotis melonib9 citrullis vl' cucurbitis. Barculāda est sepe & ab herbis inutilib9 liberāda si ꝑ se sola fuerit. Hz blita q̄ ppter semina colligēda serit optia erit si mēse sera augusti. deinde mēse ianuarij p sulcos oztox vel p areas trāsplātet. Bē enī postea meliora semia ferūt Et nota q̄ ex eodem semie blite nascunt q̄dā nobiles q̄ primo anno seia ñ ꝓducūt hz solū anno seqnti & hec debēt ppter esum suari. Et q̄dam nascunt ignobiles q̄ ꝓma estate surgūt i stipitem & semē ꝓducūt. & Ꝑ dissipent ex orto.

Item seri pōt p se & cuz alijs mixtim q̄ remanebit & sarculabit remotis q̄ceteris herbis. Ei9 semē p q̄tuor annos durat Blita frigida & būida est i tertio gōu. laudabilē chimū generat ventrē humectat. & cōuenit calidis natura vl' accidētaliter calefactis & sitim extinguit Blita lēdes & alias imundicias capitis & facie maculas emēdat capillas repat capitis & ꝑseruat. malos būores nutrit si nimis sepe i vsu habet. vt dic Bias scorides. Aristoteles aūt dic q̄ sup ei9 radicē sicut & sup caulē pōt plātari surculus. q̄ tandē corroborata radice i arborē trāsmutatur Be borragine

Borago seritur men-

b se augusti & septēbris & optie de mēse aplis. s. sola i areis vl' circa nouellas areas alias herbas. nec apte olio tpe seri pōt. & trāsplātat ꝓgrue fere toto tpe anni. Scia ei9 colligūt semimatura ne de siliqs suis cadāt & herba cū semib9 p duos vel tres dies ponit i aceruū vt semia maturitatis recipiāt cōplemētū. et sup linteamie cōcunt sup q̄ semē facillime cadit. alit ei baberi nō possz. semē p duos ānos suat. Borago calida & būida ē in ꝓmo gōu. Hz aūt pprietatē leticiā generādi si i vino missa potui det Coz etiā valde ꝓfortat vñ valet cardiacis & i aq̄ cocta cū melle vl' zucbaro potui data cānales pulmōis & pectoris optie mūdat optimū sanḡnē generat. Vñ valet cōualescētib9 ex egritudie sincopizātib9 cardiacis & melācolicis comesta cū carnib9 vl' ꝓdita cū sanḡne. Cōtra sincopim det syrupus ex succo ei9 & zucbaro fact9 Cōtra cardiacam addat dicto syrupo puluis de corde cerui. Cōtra ictericiā comedat freq̄nē cocta cuz carnib9. Item succo ei9 & scariole vtat & pluri mū cōfert Be basilicon

Basilicon. id est.

b ozimū calidū & siccū est i ꝓmo gōu. Cui9 tres sūt spēs. s. gariofilatum qđ babet minuta folia. & Ꝑ maiorus ē efficacie. Item est benuētanū qđ latissima hz

folia. Et est aliud quod mediocria habz folia. Hec herba ex aromaticitate habet virtutem cōfortandi z ex qualitatibus dissoluendi cōsumendi extergendi z mūdificandi. Contra cardiacā z sincopim ipsius herbe decoctio detur cū aqua rosay. Ad idez valet vinū in quo eadem herba p noctem steterit. et si in ea cocta fuerit tale vinū multum cōfortatiuū z aromaticū erit et valet contra p̄dicta. et contra indigestionē z fluxum ventris ex frigiditate. Sed contra fluxum valet p̄cipue si herba vl semen quod melius est decoqua t in aqua pluuiali cuz modico acacie. et talis aqua det patienti. Item valet ad matricē mundificandam z menstrua puocanda

De betonica

Etonica calida

b z sicca est in quarto gradu. Folia eius p̄cipue competūt vsui medicine viridia et sicca. Ad dolorez capitis ex frigida causa fiat gargarism9 ex colatura coctionis ei9 cum saxifraga in aceto. Cōtra dolorē stomachi detur decoctio ei9 in succo absinthij cuz aqua calida. Ad matricem mundificandā z cōcepti iuuandū fiat fomentū cum aqua decoctionis eius. Fiat etiā suppositoriū z det electuariū confortatiuū ex puluere ei9 et melle

De branca vrsina

Ranca ursina ca

b lida z humida est in primo gradu virtutez habet molliendi. Contra apostemata frigida cōterant folia eius cū anxungia porcina veteri z supponat. Contra viciū splenis fiat vnguentuz ex ea cōtrita diu in oleo macerata. z colature ei9 addatur cera

De bistorta

Istorta est radix

b cuiusdē herbe simili nomine appellate que frigida et sicca est i secūdo gradu vel in tertio. Virtutē habet cōstringendi cōsolidandi z cōfortandi. Cōtra vomitum ex debilitate vel feruore puluis ei9 conficiat cū albumine oui z sup tegulā coquatur z detur patiēti. Contra dissinteriaz detur cū succo plātaginis. Ad mēstrua cōstringēda fiat fomentū ex aqua decoctōis eius z puluere eius

De cucurbita

